



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118340

§. 97. Sixti IV. privilegia Ferdinando & Isabellæ concessa ab Innocentio confirmata.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

Sæcul XV. canda sua in Regnum Neapolitanum ju-
A C. 1489. ra protinus in Italiam contenderet, evo-
 catum fuisse, prout etiam illum subse-
 quentibus annis Neapolim venisse per-
 spiciemus.

§. XCVII.

*Sixti IV. privilegia Ferdinando &
 Isabellæ concessa ab Innocentio
 confirmata.*

*Bullar.
 Const. 46.
 p. 39.*

Cum interea summus Pontifex rebel-
 lem Ferdinandum Neapolis Regem
 diris devovisset, Ferdinandum Arrago-
 niæ Regem, ejusque conjugem Isabel-
 lam paternis cumulavit beneficiis, eo
 vel maxime, ut illos ad prosequendum
 adversus Mauros sacrum bellum accen-
 deret. Exstat Bulla hoc anno die no-
 na Octobris ab Innocentio ad hosce Prin-
 cipes data, qua Sixti IV. privilegia con-
 firmavit, contulitque Ferdinando facil-
 tatem, ut ex Castellæ & Legionis regno
 subsidia colligeret, quibus belli adversus
 Mauros suscepti expensas sustinere pos-
 set. Præterea Pontifex amplissimas ob-
 tulit indulgentias omnibus & singulis,
 qui vel suis bonis, vel industria ad sacram
 hanc expeditionem concurrerent, quam-
 cunque demum artem calerent; easdem
 gratias ad regnum quoque Navarræ ex-
 tendit, ac prolixè in enarrandis victo-
 riis

riis a Ferdinando contra Mauros, reportatis Regul. XV.
A. C. 1489.
excurrit; denique hortatur Regem, ut
idem sanctum propositum ad felicem exitum
plene perducere velit. *Ultimo Papa
ajebat, se considerare in Domino, tandem
Regem & Reginam prosperari, ac Christi
cultores de hujusmodi spurcissimis Saracenis,
prout jam optima principia indicant, trium-
phaturos.* Porro idem Pontifex nego-
tium dedit Abulensi & Legionensi Epis-
copo, ut vel ipsimet ex fidelium stipe pecu-
niam in expeditionis sumptus expendendam
cum maxima integritate colligerent, simulque
constituerent quæstores, & ab illis de acceptis
rationes repeterent; demum vero eos, qui in
alienos usus collectas pecunias converterent,
censuris perstringere possent.

§. XCVIII.

*Validus exercitus a Ferdinando contra
Mauros conscriptus.*

Hujus Bullæ beneficio Ferdinandus u-
tiliter sancteque usus, ex receptis fi-
delium Eleemosynis validum conscripsit
exercitum; quippe delectu habito duo-
decim equitum, & quinquaginta peditum
millia signo Crucis insignita recense-
bat. Nec apparatus magnitudinem bel-
li exitus fefellit, nam plurimas urbes suo
subjugavit imperio, animumque adjecit

B b 4 ad